

Románus Póntifex consecratur, pállio uteretur. Duas Romæ basilicas ædificávit, álteram in Urbe, álteram via Ardeatína : quas Constantínus auctas, magnis munéribus exornávit. Vixit in pontificátu menses octo, sepultúsque est in cœmetério Balbinæ.

Te Deum laudámus. 19.

In Laud. pro S. Marco, Aña. Euge serve bone et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constitúam, dicit Dóminus.

✠. Justum dedúxit.

Pro SS. MM. Sergio, etc.

Aña. Vestri capilli cápitis omnes numeráti sunt : nolíte timére : multis passéribus meliôres estis vos.

✠. Exsultábunt.

DIE VIII. OCTOBRIS.

S. Birgittæ

Viduæ. Duplex.

Omnia de Communi nec Virg. nec Mart. [144] præter sequentia.

Oratio.

Domine Deus noster, qui beatæ Birgittæ per Filium tuum unigénitum secréta cœlestia revelásti : ipsius pia intercessióe da nobis fámulis tuis, in revelatióne sempiternæ glóriæ tuæ gaudere læ-

tántes. Per eúdem Dóminum.

In j. Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In II. Nocturno.

Lectio iv.

Birgitta in Suécia, illústribus et piis paréntibus orta, sanctíssime vixit. Cum adhuc in útero gestaretur, a naufrágio propter eam mater erépta est. Decénis post auditum de passióne Dómini sermónem, sequéti nocte Jesum in cruce, recéti ságuine perfúsum vidit, et de eádem passióne secum loquéntem : quo ex témpore in ejúsdem meditatióne ita afficiebátur, ut de ea sine lácrymis cogitare deinceps nunquam posset.

✠. Propter veritátem, et mansuetúdinem, et justítiam : * Et dedúcet te mirábiliter dextera tua.

✠. Spécie tua et pulchritúde tua, inténde, prospere procéde, et regna. — Et dedúcet.

Lectio v.

Ulfóni Nericiæ príncipi in matrimónium trá dita, virum ipsum ad pietátis officia, tum óptimis exémpis, tum effícibus verbis adhortáta est.

In filiórum educatióne piíssima. Paupéribus, et máxime infirmis, domo ad id múneris dicáta, inserviébat quam diligentíssime, illórum pedes sólita laváre, et osculári. Cum autem una cum viro suo rediret Compostélla, ubi sancti Jacóbi Apóstoli sepúlcrum visitáverant, et Atrébati Ulfo gráviter ægotáret, sanctus Dionysius Birgittæ noctu apparuit, et de maríti salúte, aliisque de rebus, quæ futúrae erant, præmónuit.

✠. Dilexisti justítiam, et odísti iniquitátem : * Propterea unxit te Deus, Deus tuus óleo lætitiæ. ✠. Propter veritátem, et mansuetúdinem, et justítiam. — Propterea.

Lectio vj.

Viro Cisterciénsi mó-nacho facto, et paulo post defúcto, Birgitta, audíta Christi voce in somnis, arctiôrem vitæ formam est aggréssa. Cui deinde arcána multa fuerunt divínitus reveláta. Monastérium Vastanense sub régula sancti Salvatóris, ab ipso Dómino accepta, instituit. Romam Dei jussu venit, ubi plúrimos ad amórem divínium

veheménter accéndit. Inde Jerosólymam pétiit, et iterum Romam; qua ex peregrinatióne cum in febrim incidisset, grávibus per annum íntegrum afflictáta morbis, cumuláta méritis, prænuntiáto mortis die, migrávit in cœlum. Corpusejus ad Vastanense monastérium translátum est; et miráculis illústrem Bonifácus nonus in Sanctórum número rétulit.

✠. Fallax grátia. [153]

In iij. Nocturno, Homilia. Cœlórum regnum. de Communi. [155]

In ij. Vesp. fit Comm. seq.

DIE IX. OCTOBRIS.

SS. Dionysii Episcopi, Rustici et Eleutherii Martyrum. Semiduplex.

Omnia de Communi plurimorum Martyrum [49] præter sequentia.

Aña. Istórum est enim regnum cœlórum, qui contempsérunt vitam mundi, et per venérunt ad præmia regni, et lavérunt stolas suas in ságuine Agni ✠. Lætámini.

Oratio.

Deus, qui hodiérna die beátum Dionysium Mátyrem tuum, atque Pontíficem virtúte con-

stantiæ in passióne roborasti, quique illi ad prædicandum Géntibus glóriam tuam Rústicum et Eleuthérium sociare dignatus es : tribue nobis quæsumus, eórum imitatioe, pro amore tuo prospera mundi despícere, et nulla ejus adversa formidare. Per Dóminum nostrum.

In j. Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In II. Nocturno.

Lectio iii.

Dionysius Atheniënsis, unus ex Areopagitis iudicibus, vir fuit omni doctrinæ genere instructus. Qui cum adhuc in Gentilitatis errore versaretur, eo die, quo Christus Dóminus cruci affixus est, solem præter naturam defecisse animadvertens, exclamasse traditur : Aut Deus naturæ patitur, aut mundi machina dissolvetur. Sed cum Paulus Apóstolus veniens Athénas, et in Areopagum ductus, rationem reddidisset ejus doctrinæ, quam prædicabat, affirmans Christum Dóminum resurrexisse, et mórtuos omnes in vitam redituros esse : cum alii

multi, tum ipse Dionysius in Christum credidit.

℟. Sancti tui Dómine mirabile consecuti sunt iter, serviétes præceptis tuis, ut invenirentur illæsi in aquis válidis : * Terra apparuit árida : et in Mari rubro via sine impedimento. *℣.* Quóniam percussit petram, et fluxerunt aquæ, et torréntes inundaverunt. — Terra.

Lectio ii.

Itaque et baptizatus est ab Apóstolo, et Atheniënsium Ecclesiæ præfectus. Qui cum póstea Romam venisset, a Clemente Pontífice missus est in Gálliam prædicandi Evangelii causa. Quem Lutétiam usque Parisiórum Rústicus Præsbyter, et Eleuthérius Diáconus prosecuti sunt : ubi a Fescennio præfécito quod multos ad christiánam religionem convertisset, ipse cum sóciis virgis cæsus est : cumque in prædicatioe christiánæ fidei constantissime perseveraret, in craticulam subjécto igne injicitur, multisque prætereá suppliciis una cum sóciis cruciatur.

℟. Vérbera carnificum non timuerunt sancti Dei,

moriétes pro Christi nómine : * Ut heredes fierent in domo Dómini. *℣.* Tradiderunt córpora sua propter Deum ad supplicia. — Ut heredes.

Lectio vi.

SED ea tormentórum génera omnibus fortiter ac libénti ánimo perferéntibus, Dionysius annum agens supra centésimum, cum réliquis securi percütitur séptimo Idus Octóbris. De quo illud memoriæ próditum est, abscisum suum caput sustulisse, et progressum ad duomillia pássuum in manibus gestasse. Libros scripsit admirábiles, ac plane cœlestes, de divinis nominibus, de cœlesti et ecclesiástica hierarchia, de mystica theologia, et alios quosdam.

℟. Tamquam. [57]

In iij. Nocturno, Homilia. De hoc fermento. de Comuni iij. loco. [68]

Vesperæ a Capitulo de sequenti.

DIE X. OCTOBRIS.

S. Francisci Borgiæ Conf. Semiduplex.

Omnia de Comm. Conf. non Pont. [97] præter sequentia. (m. t. v.)

Oratio.

Domine Jesu Christe, veræ humilitatis et exemplar, et præmium : quæsumus, ut sicut beatum Franciscum in terréni honóris contéptu imitatórem tui gloriósum effecisti ; ita nos ejúsdem imitationis et glóriæ tribuas esse consórtes. Qui vivis et regnas.

Pro Comm. præced. Añã. Gaudent in cœlis animæ sanctorum, qui Christi vestigia sunt secuti : et quia pro ejus amore sanguinem suum fuderunt, ideo cum Christo exsultant sine fine.

℣. Exsultabunt.

In j. Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In II. Nocturno.

Lectio iii.



Franciscus Gándiæ dux quartus, Joanne Borgia et Joanne Aragónia Ferdinándi cathólici nepte génitus, post puerilem ætatem inter domésticos mira innocentia et pietate transactam, in aula primum Cároli quinti cæsaris, mox in Cataláuniæ administratione admirabilior fuit christiánæ virtutis, et vite austeriôris exemplis. Ad Granatense sepulcrum

Isabellam imperatricem cum detulisset, in ejus vultu foede commutato, mortaliū omnium caducitatem relegens, voto se astrinxit, rebus omnibus, cum primum liceret, abjēctis, regum Regi unice inserviēdi. Inde tantum virtutis incrementum fecit, ut inter negotiorum turbas religiosae perfectionis simillimam imaginem referens, miraculum principum appellarētur.

✠. Honestum fecit illum Dominus, et custodivit eum ab inimicis, et a seductōribus tutavit illum : * Et dedit illi claritatem aeternam. ✠. Justum deduxit Dominus per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei. — Et dedit.

Lectio b.

Mortua Eleonora de Castro cōjuge, ingressus est Societatem Jesu, ut in ea lateret securius, et praecederet dignitatibus aditum, interposita voti religione : dignus, quem et viri principes complures in amplectendo severiori instituto fuerint secuti, et Carolus quintus ipse in abdicando imperio hortatore sibi, aut ducem exstitisse non diffiteretur.

In eo arctioris vitae studio Franciscus jejuniis, catēnis ferreis, asperissimo cilicio, cruentis, longisque verberationibus, somno brevissimo, corpus ad extremam usque maciem redēgit; nullis praeterea parcens laboribus ad sui victoriam, et ad salutem animarum. Tot itaque instructus virtutibus, a sancto Ignatio primum generalis commissarius in Hispaniis, nec multo post praepositus Generalis tertius a Societate universa, licet invitatus, eligitur. Quo in munere principibus, ac summis Pontificibus prudentia, ac morum sanctitate apprime carus, praeter complura vel condita, vel aucta ubique domicilia, socios in regnum Poloniae, in insulas Oceani, in Mexicanam et Peruanam provincias invexit : missis quoque in alias regiones apostolicis viris, qui praedicatione, sudoribus, sanguine, fidem catholicam Romanam propagarunt.

✠. Amavit eum Dominus, et ornavit eum : stolam gloriae induit eum, * Et ad portas paradisi coronavit eum. ✠. Induit

eum Dominus loriam fidei, et ornavit eum. — Et ad portas.

Lectio bj.

DE se ita demisse sentiebat, ut peccatoris nomen sibi proprium faceret. Romanam purpuram a summis Pontificibus saepius oblata, invicta humilitatis constantia recusavit. Vertere sordes, emendicare victum ostentim, agris ministrare in nosocomiis, mundi ac sui contemptor, in deliciis habuit. Singulis diebus multas continenter horas, frequenter octo, quandoque decem dabat coelestium contemplationi. Centies quotidie de genu Deum adorabat. Nunquam a sacrificando abstinuit : prodebatque sese divinus, quo aestuabat, ardor, ejus vultu sacram Hostiam offerentis, aut concionantis interdum radiante. Sanctissimum Christi corpus in Eucharistia latens, ubi asservaretur, instinctu coelesti sentiebat. Cardinali Alexandrino, ad conjungendos contra Turcas christianos principes, legato comes additus a beato Pio quinto, arduum iter, fractis jam pene viribus,

suscipit ex obedientia, in qua et vitae cursum Romae, ut optarat, feliciter consummavit, anno aetatis suae sexagesimo secundo, salutis vero millesimo quingentesimo septuagesimo secundo. A sancta Teresia, quae ejus utebatur consiliis, vir sanctus; a Gregorio decimotertio fidelis minister appellatus; demum a Clemente decimo pluribus, magnisque clarus miraculis, in Sanctorum numerum est ascriptus.

✠. Iste homo. [105]

In iij. Nocturno, Homilia. Grandis fiducia. de Comuni Abbatum. [117]

DIE XIII. OCTOBRI.

S. Eduardi

Regis Conf. Semiduplex.

Omnia de Comm. Conf. non Pont. [97] praeter sequentia. (m. t. v.)

Oratio.

DEus, qui beatum regem Eduardum Confessorem tuum aeternitatis gloria coronasti : fac nos, quae sumus, ita eum venerari in terris, ut cum eo regnare possimus in caelis. Per Dominum nostrum.

In j. Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In II. Nocturno.

Lectio 1^a.

Duárdus, cognomento Confessor, nepos sancti Eduárdi regis et Mártiris, Anglo-Saxonum regum últimus (quem futurum regem Brithuáldo viro sanctíssimo in mentis excéssu Dóminus demonstrávit) decénnis a Danis Angliam vastántibus quæsítus ad necem, exsuláre cógitur apud avínculum Normánniæ ducem: ubi in médiis vitiórum illecebris talem se exhibuit integritáte vitæ, morúmque innocéntia, ut ómnibus admiratióni esset. Elúxit in eo vel tum mira pietas in Deum, ac res divinas, fuitque ingénio mitíssimo atque ab omni dominándi cupiditate aliéno; cujus ea vox fertur, Malle se regno carere, quod sine cæde et sánguine obtinéri non possit.

℞. Honéstum fecit illum Dóminus, et custodívit eum ab inimícis, et a seductóribus tutávit illum: * Et dedit illi claritatem ætérnam. ℞. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei. — Et.

Lectio 2^a.

Extinctis mox tyránis, qui frátribus suis vitam, et regnum eripuerant, revocátur in pátriam: ubi summis ómnium votis, et gratulatióne regno potítus, ad hostílium irárum delénda vestigia totum se convértit, a sacris exórsus ac Divórum templis: quorum ália a fundaméntis eréxit, ália refécit, auxítque redítibus ac privilégíis; in eam curam potíssimum inténtus, ut refloweret collápsa religio. Ab aulæ procéribus compúlsus ad núptias, constans est assértio scriptórum, cum vírgine sponsa virginitátem in matrimónio servásse. Tantus in eo fuit in Christum amor, et fides, ut illum aliquándo inter Missárum solémnia vidére merúerit blando vultu, et divína luce fulgéntem. Ob profúsam caritátem, orphanórum et egenórum pater passim dicebátur, nunquam lætior, quam cum régios thesáuros exhausisset in páuperes.

℞. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stolam glóriæ induit eum, * Et ad portas paradísi coronávit eum. ℞. Induit

eum Dóminus lorícam fidei, et ornávit eum. — Et ad portas.

Lectio 3^a.

Prophetiæ dono illústris, de Angliæ futuro statu multa cœlitus prævidit, et illud in primis memorábile, quod Sweyni Danórum regis in mare demérsi mortem, dum Angliam invadéndo ánimo classem conscénderet, eodem quo áccidit momento, divínitus intelléxit. Joánnem Evangelístam mirífice cóluit, nihil cuiquam, quod ejus nómine peterétur, negáre sólitus. Cui olim sub lácera veste suo nómine stipem rogánti, cum nummi deéssent, detráctum ex dígito ánnulum porréxit, quem Divus non ita multo post Eduárdo remisit, una cum nuntio secutúræ mortis. Quare rex, indíctis pro se préciibus, ipso ab Evangelísta prædicto die, piíssime óbiit Nonis vidélicet Januárii, anno salutis millésimo sexagésimo sexto, quem sequénti sæculo, Alexánder Papa tértius miraculis clarum, Sanctórum fastis ascrípsit. At ejus memoriám Innocéntius undécimus Offício público per

universam Ecclésiám eodíe celebrári præcépít, quo annis ab óbitu sex et trigínta translátum ejus corpus incorruptum, et suávem spirans odórem repértum est.

℞. Iste homo. [105]

In iij. Nocturno, Homilia. Sancti Evangelíi. de Comuni. [108]

Vesperæ de sequenti.

DIE XIV. OCTOBRIS.

S. Callisti I.

Papæ et Mart. Duplex.

Omnia de Comm. unius

Mart. [29] præter seq.

Oratio.

Deus, qui nos cóspicis, ex nostra infirmitate defícere: ad amórem tuum nos misericórditer per Sanctórum tuórum exempla restáura. Per Dñum.

Commem. præced. Añia.

Hic vir despiciens mundum et terrena, triumphans, divítias cœlo condidit ore, manu.

℞. Justum dedúxit.

In j. Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In II. Nocturno.

Lectio 1^a.

Allístus Románus præfuit Ecclésiæ Antoníno Helímus Offício público per

stítuit quátuor anni témpora, quibus jejúniúm ex apostólica traditíone accéptum ab ómnibus servaretur. **A**edificávit basilicam sanctæ Mariæ trans Tíberim : et in via Appia vetus cœmétérium ampliávit, in quo multi sancti Sacerdótes et Mártyres sepúlti sunt ; unde ab eo Callísti cœmétérium appellátur.

R. Honéstum fecit illum Dóminus, et custodívit eum ab inimícis, et a seductóribus tutávit illum : * Et dedit illi claritátem ætérnam. **V.** Descendítque cum illo in fóveam : et in vínculis non derelíquit eum. — Et dedit.

Lectio v.

Ejúsdem pietátis fuit, quod beáti Calepódii Presbyteri et Mártyris corpus, jactátum in Tíberim conquíri diligénter curávit, et invéntum honorífice sepelívit. Palmátium consulári, Simplícium senatória dignitáte illústres, Felicem et Blandam, qui deínde omnes martyrium subiére, cum baptísimo lustrásset, missus est in cárcerem, ubi Privátum mílitem ulcéribus plenum, admirábili-

ter sanitáti restitútum, Christo adjúnxit ; pro quo idem, recens adhuc a fide suscepta, plumbátis usque ad mortem cæsus occúbuit.

R. Desidérium ánimæ ejus tribuísti ei Dómine, * Et voluntáte labiórum ejus non fraudásti eum. **V.** Quóniam prævenísti eum in benedictiónibus dulcédinis : posuísti in cápite ejus coronám de lápide pretiósio. — Et.

Lectio vij.

Sedit Callístus annos quinque, mensem unum, dies duódecim. Ordinatióibus quinque mense Decémbri, creávit Presbyteros séxdecim, Diaconos quátuor, Episcopos octo. Post longam famem, crebrásque verberatiónes, præceps jactus in púteum, atque ita martyrio coronátus sub Alexandro imperátore, illátus est in cœmétérium Calepódii, via Aurélia, tertio ab Urbe lápide, pridie Idus Octóbris. Ejus postmodum corpus in basilicam sanctæ Mariæ trans Tíberim, ab ipso edificátam delátum, sub ara majóri, máxima veneratióne cólitur. **R.** Stola. [37]

In *ijj. Nocturno, Homilia.* Tibique sancta Trinitas, Nunc, et per omne sæculum. Amen.
de Comuni ij. loco. [47]
Vesperæ a Capitulo de sequenti.

DIE XV. OCTOBRIS.

S. Teresiæ

Virginis. Duplex.

Omnia de Comuni Virginum [122] præter sequentia.

IN I. VESPERIS.

Capitulum. 2. Cor. x. d



Ratres, Qui gloriátur, in Dómino gloriétur. Non enim qui seípsum comméndat, ille probátus est : sed quem Deus comméndat.

Hymnus.

Regis supérni núntia Domum patérnam déseris, Terris Terésa bárbaris Christum datúra, aut sanguinem.

Sed te manet suávior Mors, pœna poscit dulcior :

Divíni amoris cúspide In vulnus icta cóncides.

O caritátis víctima!

Tu corda nostra cóncrema,

Tibique gentes créditos Avérni ab igne líbera.

Sit laus Patri cum Filio, Et Spírítu Paráclito,

Tibique sancta Trinitas, Nunc, et per omne sæculum. Amen.
V. Spécie tua et pulchritúdine tua. **R.** Inténde, próspere procéde, et regna.

Ad Magnif. Añã. Veni sponsa Christi, áccipe coronám, quam tibi Dóminus præparávit in ætérnum.

Oratio.

Exáudi nos Deus salutaris noster : ut sicut de beátæ Teresiæ Virginis tuæ festivitáte gaudemus ; ita cœlestis ejus doctrinæ pábulo nutriámur, et piæ devotiónis erudiámur affectu. Per Dñum.

Commem. præced. Añã.

Qui vult veníre post me, abneget semetípsum, et tollat crucem suam, et sequátur me. **V.** Justus.

AD MATUTINUM.

Invitat. Regem Virginum Dóminum, * Veníte adorémus. **Ps.** Veníte. 2.

Hymnus.

HÆC est dies, qua cándidæ

Instar colúmbæ, Cœlitum Ad sacra templa spírítus Se tránstulit Teresiæ.

Sponsique voces áudiit : Veni soror de vértice Carméli ad Agni núptias : Veni ad coronám glóriæ.

Te sponse Jesu Virginum
Beāti adórent Ordines,
Et nuptiáli cántico
Laudent per omne sæcu-
lum. Amen.

In j. Nocturno, *Lectio-
nes de Scriptura occur-
rente.*

In II. Nocturno.

Lectio iv.

A Erésia virgo nata
est Abulæ in Hi-
spánia, paréntibus
tum génerē, tum pietáte
præcláris. Ab iis divini
timóris lacte educáta, ad-
mirándum futuræ sancti-
tátis in tenérrima adhuc
ætáte espécimen dedit. Nam
cum sanctórum Mártyrum
acta perlégeret, ádeo in
ejus meditatióne sancti
Spíritus ignis exársit, ut
domo aufúgiens in Afri-
cam trajiceret, ubi vitam
pro glória Jesu Christi et
animárum salúte profúnde-
ret. A pátruo revocatá,
ardens martyrii desidé-
rium elemósynis aliisque
piis opéribus compensá-
vit, júgibus lácrymis de-
plórans óptimam sibi sor-
tem fuisse præréptam.
Mórtua matre, cum a bea-
tíssima Virgine péteret,
ut se matrem esse mon-
stráret, pii voti compos
effécta est; semper perinde

ac filia patrocínio Deipa-
ræ pérfruens. Vigésimum
ætátis annum agens, ad
moniáles sanctæ Mariæ
de Monte Carmélo se cón-
tulit : ibi per duodevi-
ginti annos gravissimis
morbis et váriis tentatió-
nibus vexáta, constantís-
sime méruit in castris
christiánæ poeniténtiæ
nullo refécta pábulo cœ-
lestium eárum consolati-
ónum, quibus solet etiam
in terris sanctitas abundáre.

R. Propter veritátem,
et mansuetúdinem, et ju-
stítiam : * Et dedúcet te
mirábilitea dextera tua.
V. Spécie tua et pulchritú-
dine tua, inténde, prospere
procéde, et regna. —
Et dedúcet.

Lectio v.

A Ngélicis ditáta virtú-
tibus, non modo pró-
priam, sed públicam etiam
salútem sollicita caritáte
curávit. Quare severiorem
veterum Carmelitárum
régulam, Deo afflánte, et
Pio quarto approbánte,
primum muliéribus, deín-
de viris observándam pró-
pósuit. Efflóruit in eo consí-
lio omnipotens miserén-
tis Dómini benedictio :
nam duo supra triginta

monastéria inops Virgo
pótuít ædificáre, ómnibus
humánis destitúta auxili-
liis, quinímo adversánti-
bus plerúmque sæculi
príncipibus. Infidélium et
hæreticórum ténebras
perpétuis deflébat lácry-
mis, atque ad placándam
divinæ ultiónis iram, vo-
luntários próprii córporis
cruciátus Deo pro eórum
salúte dicábat. Tanto au-
tem divini amoris incén-
dio cor ejus conflagrávit,
ut mérito viderit Ange-
lum igníto jáculo sibi
præcórdia transverberán-
tem; et audierit Christum
data dextera dicentem
sibi : Deinceps ut vera
sponsa meum zelábis hon-
nórem. Eo consiliánte,
máxime árduum votum
emísit, efficiéndi semper
quidquid perféctius esse
intelligeret. Multa cœlé-
stis sapiéntiæ documéta
conscripsit, quibus fidé-
lium mentes ad supérnæ
pátriæ desidérium máxi-
me excitántur.

R. Dilexisti justítiam,
et odisti iniquitátem :
* Proptérea unxit te Deus,
Deus tuus óleo lætitiæ.
V. Propter veritátem, et
mansuetúdinem, et justí-
tiam. — Proptérea.

Lectio ij.

CUM autem assidua
éderet exémpa vir-
tutum, tam anxio casti-
gándi córporis desidério
æstuábat, ut quamvis se-
cus suadérent morbi, qui-
bus afflictabátur, corpus
cilíciis, caténis, urticárum
manípulis, aliisque aspér-
rimis flagéllis sæpe cru-
ciáret, et aliquándó in-
ter spinas volutáret, sic
Deum álloqui sólita : Dó-
mine aut pati, aut mori :
se semper misérrima mor-
te pereúntem existimans,
quámdiu a cœlesti ætér-
næ vitæ fonte abéset.
Prophetiæ dono excélluit,
eámque divínis charismá-
tibus tam liberáliter lo-
cupletábat Dóminus, ut
sæpius exclámans péteret,
beneficiis in se divínis
modum impóni, nec tam
céleri obliuóne culpárum
suárum memóriam abo-
léri. Intolerábili ígitur di-
vini amoris incéndio pó-
tius, quam vi morbi, Albæ
cum decumberet, præ-
nuntiáto suæ mortis die,
ecclesiásticis sacraméntis
muníta; alumnos ad pa-
cem, caritátem et regulá-
rem observántiam adhor-
táta, sub colúmbæ espécie
puríssimam ánimam Deo

reddidit, annos nata sexaginta septem, anno millesimo quingentesimo octogesimo secundo, Idibus Octobris, juxta Kalendarium Romani emendationem. Ei morienti adesse visus est inter Angelorum agmina Christus Jesus: et arbor arida cellae proxima statim effloruit. Ejus corpus usque ad hanc diem incorruptum, odorato liquore circumfusedum, pia veneratione colitur. Miraculis claruit ante et post obitum, eamque Gregorius decimus quintus in Sanctorum numerum retulit.

℞. Afferentur. [133]

In iij. Nocturno, *Homilia*.
Sæpe vos, fratres. *de Communi*. [136]

Ad Laudes et ij. *Vesperas*
Hymnus ut in j. *Vesp.* 519.

DIE XVII. OCTOBRIS.

S. Hedwigis

Viduae. *Semiduplex*.

Omnia de Communi non Virginum [144] *præter sequentia*.

Oratio.

DEus, qui beatam Hedwigem a sæculi pompa ad humilem tuæ crucis sequelam toto corde transire docuisti: concede,

ut ejus meritis et exemplo discamus perituras mundi calcare delicias, et in amplexu tuæ crucis omnia nobis adversantia superare. Qui vivis et regnas.

In j. Nocturno, *Lectiones de Scriptura occurrente*.

In II. Nocturno.

Lectio ii.



Edwige regis clara natalibus, innocentia tamen vite longe clarior, sanctæ Elisabethæ filia regis Hungariæ matertera, Bertholdi et Agnetis Moraviæ marchionum filia, animi ab ineunte ætate moderationem protulit; adhuc enim puellula puerilibus abstinuit; et duodennis Henrico Poloniæ duci a parentibus nuptui tradita, thalami fide sancte servata, prolem inde susceptam in Dei timore erudit. Ut autem commodius Deo vacaret, ex pari voto, et consensu unanimi ad separationem thori virum induxit; quo defuncto, ipsa in monasterio Trebnicensi, Deo, quem assidue precibus exoraverat, inspirante, Cisterciensem devota sumpsit habitum; in eoque contemplationi intentata, divinis Officiis, et

Missarum solemnibus a solis ortu ad meridiem usque assidua assistens, antiquum humani generis hostem fortis contempsit.

℞. Propter veritatem, et mansuetudinem, et justitiam: * Et deducet te mirabiliter dextera tua. ℞. Specie tua et pulchritudine tua, intende, prospere procede, et regna. — Et deducet te.

Lectio iii.

Sæculi autem commercia, ni divina, vel animarum salutem attingerent, audire, vel loqui non sustinuit: prudentia in agendis sic emicuit, ut neque excessus esset in modo, nec error in ordine, comisalióque, et mansueta in proximum. Grandem autem de se triumphum jejuniis, et vigiliis, vestiumque asperitate austera carnem macerans, reportavit: hinc sublimioribus florens virtutibus christianis, consiliorum gravitate, animique candore et quiete, in eximium religiosæ pietatis evasit exemplar: omnibus se ultro subjicere, atque viliora præ ceteris monialibus alacriter munia subire; pauperibus etiam flexo

genu ministrare, leproso- rum pedes ablueret et osculari ipsi familiare erat, neque illorum ulcera sanie manantia sui victrix abhorruit.

℞. Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem: * Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ. ℞. Propter veritatem, et mansuetudinem, et justitiam. — Propterea.

Lectio iv.

Mira fuit ejus patientia, animique constantia; præcipue vero in morte Henrici ducis Silesiæ sui, quem matèrne diligebat, filii in bello a Tartaris cæsi enituit; potius enim gratias Deo, quam filio lacrymas reddidit. Miraculorum denique gloria percubuit; puerum enim demersum, et molendini rotis allisum, et prorsus attritum, invocata, vitæ restituit, aliaque præstitit, ut rite iis Clemens quartus probatis, Sanctorum numero eam ascripserit, ejusque festum in Polonia, ubi præcipua veneratione uti patróna colitur, die decima quinta Octobris celebrari concesserit; quod deinde ut decima septima in tota Ecclé-

sia fieret, Innocentius undecimus ampliavit.

℞. Fallax gratia. [153]
In ij. Nocturno, Homilia. Caelorum regnum. de Comm. non Virg. [155]
Vesperae de sequenti sine Commem. praecedentis.

DIE XVIII. OCTOBRIS.
S. Lucae
Evangelistae.
Duplex ij. classis.



Omnia de Comm. Apostolorum [2] praeter sequentia.

Oratio.

Intervéniat pro nobis, quæsumus Domine, sanctus tuus Lucas Evangelista : qui crucis morti-

ficacionem júgiter in suo corpore, pro tui nominis honore portavit. Per Dominum.

In j. Nocturno, Lectiones. Incipit liber Ezechiélis. de Comm. Evangel. [25]

In II. Nocturno.
Ex libro sancti Hierónymi Presbyteri de Scriptóribus ecclesiásticis.

Leectio iv.

Lucas medicus Antiochensis, ut ejus scripta indicant, Graeci sermonis non ignarus, fuit sectator Apostoli Pauli, et omnis peregrinationis ejus comes. Scripsit Evangelium, de quo idem Paulus : Misimus, inquit, cum illo fratrem, cujus laus est in Evangelio per omnes Ecclesias. Et ad Colossenses : Salutatio vos Lucas, medicus carissimus. Et ad Timotheum : Lucas est mecum solus. Aliud quoque edidit volumen egregium, quod titulo, Acta Apostolorum, praenotatur : cujus historia usque ac biennium Romae commorantis Pauli pervenit, id est, usque ad quartum Nerónis annum. Ex quo intelligimus, in eadem urbe librum esse compositum.

℞. Vidi conjunctos viros habentes splendidas vestes, et Angelus Domini locutus est ad me, dicens : * Isti sunt viri sancti facti amici Dei. ℞. Vidi Angelum Dei fortem, volantem per medium caelum, voce magna clamantem, et dicentem. — Isti sunt.

Leectio v.

Igitur periodos Pauli et Theclae, et totam baptizati Leonis fabulam, inter apocryphas scripturas computamus. Quale enim est, ut individuus comes Apostoli, inter cetera ejus res hoc solum ignoraverit? Sed et Tertullianus vicinus eorum temporum, refert Presbyterum quemdam in Asia amatorem Apostoli Pauli, convictum a Joanne, quod auctor esset libri, et confessum se hoc Pauli amore fecisse, et ob id loco excidisse. Quidam suspicantur, quotiescumque in epistolis suis Paulus dicit, Juxta Evangelium meum; de Lucae significare volumine. ℞. Beati estis cum maledixerint vobis homines, et persecuti vos fuerint, et dixerint omne malum adversum vos, mentientes, propter me : * Gau-

de te et exsultate, quoniam merces vestra copiosa est in caelis. ℞. Cum vos oderint homines, et cum separaverint vos, et exprobraverint, et ejecerint nomen vestrum tamquam malum propter Filium hominis. — Gaudete.

Leectio vj.

Lucam autem non solum ab Apostolo Paulo didicisse Evangelium, qui cum Domino in carne non fuerat, sed a ceteris Apostolis : quod ipse quoque in principio sui voluminis declarat, dicens : Sicut tradiderunt nobis, qui a principio ipsi viderunt, et ministri fuerunt sermonis. Igitur Evangelium, sicut audierat, scripsit : Acta vero Apostolorum, sicut viderat ipse, composuit. Vixit octoginta et quatuor annos, uxorem non habens : sepultus est Constantinopoli : ad quam urbem vigesimo Constantini anno ossa ejus cum reliquiis Andreae Apostoli translatae sunt de Achaea. ℞. Isti sunt. [13]
In ij. Nocturno, Homilia. Dominus et Salvator. de Communi Evangel. [27]
In ij. Vesp. Commem. sequentis.